

μητασέγεινται τοῖς ἑαυτὸῖς τε λάγοισι πάσαι. Sic igitur Aristot. lego, vt non tam nomen spectem, quam argumētorū momenta expendā. Nō tamen statim, quæ displícēnt, falsa pronuncio, nisi cum certissimis argumentis falsitatem demonstrare, aut sententiam meliorem in locū prioris substituere me posse confidam.

In Cometarum tractatione quid dicam, in medio est. Video quidem permulta esse, quæ in dubium uocari, & uerisimilibus argumentis impugnari possint. Video pro Arist. nō pauciora, nec minus probabiliora existare. Quid ergo certam ne & receptam sententiam, quæ in Philosophia magnos habet patronos, ideo abijciemus, quia & diuersa opinio probabilib. nititur argumētis, & insignes ipsa quoque habet fautores? Primum uidendum censeo, utrum firmioribus rationibus confutare, quam ab alijs probata sit, possimus. Deinde an probabiliorem in abolitionē locum subrogare valeamus. Nō satis est, credemini hi, de re, quam fieri constat, dicere, sic eam nō fieri, quomodo credita fuit fieri, sed argumentis prorsus multis & certis, vt Hippocrates monuit, demonstrari oportet. Ego sane in hac sum opinione, si Aristotelis rationes accuratè expendantur, nihil in hoc quidē arguento inuenītum iri firmius & solidius. Nam & rei naturæ congruunt, & quod multò maximum est, sacrosanctis literis consentiūt, quæ de Cometarū ortu scripsit: vt deinde planius ostēdetur. Nūc enim ad D. Marcellū redeūdum nobis est, & quid in nostro de Cometarum significatione commētariolo accuset, videndum.

Accusatio eius hæc est. Eraſtus Peripatetici opinionem de Cometarum generatione probans, non modo à cœlo, sed etiam ab insito terræ calore uentos & fulmos gigni ait. Imò lōgē grauior est eius oratio. Nam, inquit, *Halitus à terræ calore potius, quam à stellis est, qui calor in terræ visceribus omnia mutat, coquit, perficit ut animalium calor.* Adhęc paucis prius respondebo, quā spicula, quæ in nos torquet, (vel potius frustra in nos torque-

que